



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvts, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

338. feria 3. de minis iudicis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-59837)

MEDITATIO CCCXXVIII.

Feria 3, Domin. 24. post Pentecost.

De Minis iudicij.

Videbo vallem Josaphat, inibi que cives Babylonie cum malis Angelis, ad sinistram separari, Cives autem Hierusalem supernae reponi ad dexteram velut oves, in quam sedet earum Agnus. Pectam fructum utilem inde percipere.

Conf. 1. Iudicium esse sententiam supremam iudicis Christi inevitabilem contra reos puniendos, pro iustis premiandis, juxta cujusque merita, idem est de iudicio particulari.

Conf. 2. Personas in hoc iudicio, quae sunt Iudex omniscius, & aequissimus. Accusatores creaturae, & aetates, quibus abusi sumus, imò & daemones, Angeli, Sancti, Conscientia, Sanguis Christi: Quomodo tunc palpabit homo reus sine auxilio, sine defensione, plenus metu, & confusione.

Conf. 3. Materiam accusationis: Verba, cogitationes, aeta, omissiones, talenta, officium, opera charitatis, inspirationes, occasiones, neglecta gloria Dei, honum commune, privatum. O qualis erit confusio videre culpam meam multas animas damnatas, ipsas respublicas perditas! Si tali inspirationi correspondissem, si me in tali occasione

608 *Feria 3. Domin. 24. post Pentecost.*

mortificâssem, consecutus fuisssem ego sanctitatem, Dei verò Ecclesiæ quàm plurimùm profuisssem, quorum nihil evenit, idque propter invidiam, umbras, zelum indiscretum, propriam existimationem, iudicium, commoditatem, detractiones, scandala, pietatis contemptum, levitatem verborum, respectus humanos, inconsiderationem, Spes, metus, pusillanimitatem, scrupulos, diffidentiam, & denique, quòd non obediverim spiritui Dei. Refugiam nunc ad misericordiam Dei, quia *Ve etiam laudabili vita hominum, si remotâ misericordiâ discutias eam,* ait D. Augustin. lib. 9. Confess cap. 31.

MEDITATIO CCCXXXIX.

Feria 4. Domin. 24. post Pentecost.

De Minis inferni.

Vldebo carcerem inimicorum Dei, remotissimum à mansionibus cœlestibus, infra omnia elementa, ubi sunt æterna mortis pascua. Petam nunc id facere, quod vellem si ibi essem, ut evaderem.

Conf. 1. Omnia mala vitæ mortalis esse tantùm initia dolorum collata inferno, cuius supra vigesies meminit D. JESVS, & est locus in intimo terræ, umbris opacus, dicaturque sepultura, & poenarum profunditas. A demone vocatur abyssus. A Christo D. Luc. 8,